

# **Bündner Urkundenbuch (Ed. Meyer-Marthaler/Perret) Nr. 21**

Hunc nostrum negotiatorem Italiae mercimonia ferentem, his litteris tuae paternitatis  
commendo protectioni, ut per vias vestrae patriae tutus eat et redeat; et in montium claustris  
a vestris non teneatus tolneariis constrictus, sed per latitudinem caritatis latam habeat eundi  
et redeundi semitam. Iubeas, obsecro, orare pro anima Ioseppi discipuli mei. „Floreas et  
proficias de virtute in virtutem, donec videas laetus et gaudens deum tuum in Sion“.  
Memorque mei sis, sanctissime pater, obsecro.